



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Secvndo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

IHVSVS.

Primo omnium sciendum, nullum esse bonū opus, nisi quod deus praeceperit: & rursum, nō esse peccatum, nisi quod deus voverit, inhibueritq;. Ergo bona opera vel cogniturus vel facturus, non eget nisi notitia praeceptorum dei. Ita enim Christus ait Math. 16. Si vis vitā ingredi, serua mā data. Itemq; interroganti adulescenti, Math. 19, quid nam faciens salu^s fiet, nihil aliud Christ^o q̄ decem obtulit praecepta. Quamobrem necesse est a nobis disci honorū operum discrimen, ex dei preceptis, & nō ex specie, magnitudine, aut multitudine operū in seipsis. Sed ne ex opinione quidem & arbitrio hominum, vel modo legitimum traditionum & inuentiuncularum humanarū, vel ratione nostro conspectui obuia, q̄ vt haecenus sefellit, ita semper falleret nos cecos, dum p̄ hominum traditionibus cōtemnimus praecepta diuina.

SECUNDO.

¶ Et primum, & summum, & nobilissimum omnium bonorum operum est fides in Christum. Vt vel ipse dixit Ioann. vi. Nam Iudeis interrogantibus, quid faciemus, vt operemur opera dā: ita respondit. Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille. At nos hoc vel audientes, vel praedicantes cursim transimus, arbitantes & vile, & facile factu, quū tamē hic nobis standum esset, & hoc ipsum fideliter meditandum. Nam in hoc opere necesse est vt omnia opera gradiantur, & vt influxus bonitatis eorum hinc non sec^o atq; seudum accipiant. Id quod crassus vt intelligant, a nobis describendum est. Inuenies em multos, qui ieiunant fundant, hoc & illud faciunt, bonam vitam coram hominibus viuunt, quos si interrogas, an certi sint placere deo, quod ita viuunt, respondent, Nescire id sese, vel dubitare. Praeterea sunt etiam nonnulli doctorum qui eos corumpunt & seducunt, dicentes, non esse opus vt huius rei sint certi, quū alioquin nihil nos nisi bona opera docentes. Ecce omnia illa opera procedunt extra fidem. Nam qualis eorum est erga deū conscientia & fides, talia sunt & opera ex eadem proficiscentia. Verum cum ibi nihil sit fidei, nihil bonae conscientiae erga deum, ergo operibus caput deest, & tota eorum vita & bonitas poenitus nihil. Inde venit, vt dū extollo tantiq; facio fidem, & eiusmōi infidelium opera reijcio, sunt qui me culpant & accusant, veluti prohibentem bona opera, quamuis interim nihil vehementius cupiam, q̄ vt vere bona fidei opera doceam.

Fides caput
radix & fons
operum bonorum.

Oportet firmus
certi de
gratia dei per
fidem.

A 111